



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ... Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
foundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofvrti, 1601**

LXXVII. Ioannes Tritemivs Abbas Spanhem. Dvlcissimis in Christo filiabus,  
abbatissæ & conuentui in Sebach, Salutem & synceram in Domino  
charitatem.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**



quam volui, sperans quod Dominus letis  
omnia graue mihi fuerit monasterium me-  
curas quas adificari pulcherrimas abbas  
quod excedit vniuersa, bibliotheca deo  
comportauit, preciosorum rarissimorum  
videbar aliquando viuere non posse. Pre-  
et inuit, & ne consentirem in Abbacia  
nimum retraxit. At nunc postea quam per  
amoris rupi fortiter, & statui pro Claustra  
bibliothecam, sed monasterium operari  
& amicis deserere, ne forte in meo con-  
pereret iniuriarum. Nec tu propter eccle-  
e digredimur ad Francos. Poteramus  
orem, qui rebus monasterii tui tam spem  
am ego possit vtilius. Non deseret vos, spem  
monasterium vestrum dignoscitur conuol-  
meliozem. Vale cum vniuersis tuis com-  
Cometi 20. die mensis Septembris, anno

71.

I, D. IOAN. TRITEMIO ABBATI  
Helmstati Priori, & humiliter filio  
vobis in Sebach, cum oratio  
sempernam ex-  
statem.

pene ad mortem contristare sumus ne-  
gnificas dimissum abbatiam vni Span-  
s. O quare nos desecis Reuerendissime  
is, quas tam dulciter patere contulisti  
ne pater, qui nobis more tuo iuramentum  
nitate regni coelestis distulisti, duas semoni-  
onibus nostris, quarum non est numerus  
us, aut quem inuocabimus non preterea  
cerneres, vniam ad monasterium tuum  
m sit nemo, sicuti veraciter humis in-  
me desideret. Fuit enim nuper hic  
Dux Ioannes vna cum suis omnibus  
elique tibi semper esse benignus & grati-  
estiam. Hoc idem cupiunt, orant, & pro-  
bates, qui Moguntia in capitulo facti  
s, captiuis & inclusis, quae omni humana  
n positae, vnicui quod habebamus in-  
simum adhuc viuentem compellunt  
enire, qui tantum valeat eruditioe, pre-  
ate. Sed quid misere faciemus, cum  
am nobis solum hac vice liceret in an-  
omnes possemus adire, genibusque  
ecari clementiam, forsitan propo-  
as oportet in loco, hoc vnum patenti-  
effusionem preciosissimi sanguinis  
& honorare consueuisti, quam huius-  
ino dimittere abbatiam Spanhemensi  
uam tibi Dominus Episcopus olim obedi-  
is visitator noster deinceps, sicet habe-  
Herbipolis amplius distet a Sebach quam  
re bene poterit visitare, & si non lingua

annis, saltem in biennio vel in triennio semel, & interea dulcissimis epistolis saepius con-  
solari, vt antea consuevit. Scis enim quod nullum possumus alium inuenire abbatem no-  
bis viciniorem, qui sit idoneus conseruare sanctam institutionem regularis disciplinae in  
nobis, quam tua reuerenda paternitas magno labore plantauit, & vsque in praesens lauda-  
biliter continuauit. Precamur ergo iterum atque iterum per innocentissimam mortem Do-  
mini nostri Iesu Christi, exaudi nos in hac nostra petitione, si aliter fieri non potest, quonia  
iusta petimus & sancta, nobis salutaria, & tibi non impossibilia. Mittimus cum his literis  
procuratorem nostrum, per quem vnanimiter postulamus & praestolamur votiuum re-  
uerenda paternitatis tuae responsum. Quam omnipotens Deus ad nostram multorumq;  
10 vtilitatem diu conseruare dignetur incolumem. Commendamus nos sanctis orationi-  
bus tuis, iterumque te valere cupimus dulcissime pater. Ex Sebach 21. die Septembris An-  
no 1506.

LXXVII.

IOANNES TRITEMIUS ABBAS SPANHEM. DULCISSIMIS  
in Christo filiabus, abbatisse & conuentui in Sebach, Salutem & sinceram  
in Domino charitatem.

LITERAS charitatum vestrarum Neometri suscepimus, quibus lachrymas & suspiria  
pro nobis vestra significatis. Condolemus quidem vobis ex corde, sed aliter fieri non  
20 potest. Spanheim sicuti constituimus propter ingratitude monachorum deseremus,  
non curantes verba prioris, quem nouimus esse fallacem. aliud enim loquitur aliud in  
corde meditatur. Ducis mentem non attendimus neque illorum qui cum ipso sunt vota  
curamus, quoniam si alterum oporteat, medicare potius omni tempore statuimus, quam  
eius deinceps subesse imperio. Scimus & multorum relatione cognouimus, quod vehe-  
menter doler factum, & vt reuertamur ad monasterium cupit, nos quoque fideliter ma-  
nutenere promittit, sed nos gratiam eius non quaerimus, quem nos tam inconsulte, iniu-  
ste ac temere irritantem sumus experti. Quantum vero ad commissionem vestri dudum  
nobis factam per Lodouicum episcopum libenter faciemus quod vnanimiter postulatis,  
vt videlicet nomen visitatoris retineamus simul & officium, quousq; vobis possit melius  
30 prouideri. Nam & si tam crebro venire ad vos personaliter, sicut haecenus potero mini-  
me, veniam tamen saepius scriptis, donec & tandem aliquando personaliter venire con-  
tingat. Rebus autem Lymphurgensium in turbatione positus, nemo nostri ordinis abbas  
vel monachus propter fauoriam Comitis vestri Sebach audebit accedere, quanto minus  
ego qui in istis Lymphurgensium causis aduersus comitem semper adhaesisse inculcor. Vnde  
necessario sine visitatione aliquanto tempore manebitis donec inter abbatem & ipsum  
Comitem fuerit reformata concordia. Propterea rogamus vos in Domino filiae charissimi-  
mae, vt vocationem vestram diligenter attendatis in omni charitate & patientia secun-  
dum regulam sanctissimi patris nostri Benedicti humiliter conuersantes, quatenus in pa-  
ce & Dei amore proficiendo quotidie sanctum spiritum possitis habere visitatorem, qui  
40 super humilem & quietum ac Dei sermones custodientem requiescere consuevit. Nolite  
contristare matrem, quae vobis in sollicitudine praest, sed eius in Dei seruitio imitami-  
feruorem, in omnibus humiliter obedientes. Ipsa enim sicut cernitis verbo & exemplo  
vos in omni sanctitate prima semper in choro praecedit, tam diligens & sedula in diuino  
seruitio, vt nullam in temporalibus videatur habere occupationem: tam vero in externis  
occupata, vt orandi tempus nullum superesse videri possit. Mutuam inter vos charita-  
tem ante omnia custodite, quoniam vbi charitas non est, nulla potest esse iustitia. Dile-  
ctio enim proximi malum non operatur. Charitas namque perfectionis vinculum fons  
& origo omnium virtutum multitudinem operit peccatorum, sine qua nemo vera cor-  
dis habere contritionem poterit, veniam nemo scelerum impetrabit. Dilectio proximi  
50 diuino conformata amor est, vnda pacis, charitatis hinc, semen concordiae, meritum  
felicitaris aeterna. Propterea Deus omnipotens vnicuique nostrum praecipit dicens: *Dili-  
ges proximum tuum sicut teipsum.* Proximus hic non sanguinis propinquitate, sed rationis so-  
cietate putandus est, in qua socii sunt omnes homines. Hac de causa in monasterio estis  
congregata, vt mutuis auxiliis charitatis imbecillitatem vestram tueamini, & propterea  
mutuae semper dilectionis obseruantiam custodite, vt monasticae satisfaciatis institutio-  
ni, sicuti sacer mandauit Apostolus: Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem  
Christi. Sola enim charitas est quae vincit omnia, & sine qua nihil valent omnia, quae si

Rom. 13.

Matt. 22.  
Marc. 12.



veraciter in vobis extiterit, veras Christi sponsas efficiet. Omnipotens Deus in suo vos ardere faciat amore, quem vt nobis reddatis placabilem orationibus vestris in sollicitudine rogamus laborum nostrorum memores, quos pro utilitate vestra multis iam annis periculum communi. Valet in Domino Iesu sine macula conuersantes. Ex Neomercii 22. die mensis Septembris Anno Christiani 1506.

LXXVIII.

IOANNES TRITEM. AB. SPAN. FRATRI IOANNI  
de Francordia Salutem.

**D**ILECTE frater, intendimus monasterium nostrum Spanheim ex certis & rationabilibus causis dimittere, ipsiusque Abbatiam, quam annis quatuor & viginti possidemus resignare: ne autem propterea cœnobium Christi sponfarum in Sebach aliquod incurreret periculum, eius commissionem per episcopos Spirenses nobis factam ad humiliorem valeant inuenire visitatorem. Quocirca tuæ charitati committimus & mandamus, quatenus ea quæ concernunt officium tibi commissum exequaris & custodias omni diligentia & sollicitudine, quemadmodum audiisti à nobis, cum præsentem in ipso monasterio nuper essemus. Vagos extra cœnobium intermitte discursus, & claustrum solus nunquam ingrediaris. Mandatis Abbatissæ obtempera, sciens te seruum Christi virginum non dominum. In cæteris ad præscriptam tibi normulam te studeas conformare. Vale, Ex Neomercii 22. die mensis Septembris, Anno 1506.

LXXIX.

IOANNES TRITEM. AB. MONASTERII S. IACOBI APOSTOLI  
in suburbio ciuitatis Herbip. Iacobo Tritemio charis.  
fratri S.

**P**ARVI desiderio tuo quantum mihi licuit dulcissime frater, & quarundam epistolarum mearum, quas scripsi à die exitus mei de Spanheim vsque in præsentem diem, exemplaria quotquot remanserant in præsentem volumine comportavi. Nec enim omnium penes nos exemplaria retinuiimus, propterea quod sæpius festinare in scribendo cogebamur. Congessimus autem in hoc ipso volumine sexaginta sex epistolas nostras, & duodecim alienas ad nos missas coniunximus, quæ omnes cum ista quidem ad te simul faciunt nouem & septuaginta, in quibus more nostro familiari nobis scribendi genere sumus vsi, non pro admiratione nostri sequentes eloquentiam, quæ in nobis nulla fuit vnquam, sed scholastico sermone, quo facile intelligamur. Scis autem quod prima die mensis Aprilis monasterium meum exiui, nunquam illuc postea reuersus vsque in hunc diem. Exiui autem anno Christianorum millesimo quingentesimo quinto, prima vt diximus Aprilis & hanc sancti Iacobi abbatiam suscepimus quintadecima die mensis Octobris anni sequentis. Omne igitur tempus inter exitum nostrum de Spanheim & introitum huc, menses effluerunt decem & octo diesque tredecim. Huius temporis fuerunt epistolæ præsentibus, quas tibi tradidimus suavissime frater, non ad eruditionem tuam, sed potius ad memoriam nostri. Illas vero quas prius scripsimus dimisimus in Spanheim, nec dum in ordinem coadunatas, quas si quando redegerimus in ordinem habere volueris, facile consequeris. Eas autem quas postea dedimus, aut in futurum scribemus alio comprehensas volumine tibi quoque suo tempore non subtrahemus. Vale ex monasterio nostro sancti Iacobi apostoli maioris in suburbio ciuitatis Herbipolensis 28. die mensis Decembris Anno Christi 1506.

*Finis Epistolarum Spanhemensium, Tritemii  
Abbatis.*

IOAN-